Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



285

ad romanos

demostrat: presertim cū i eadem
lege prophetū et iudeos et gentes
ad christi fidem vocandos esse ostē
det cuī obrem vicissim eos hu
miliaus: ad pacem et concordā
hortat. Incipit alius prologus

Romani sunt partis
vtilis. hy preuenti
sunt a falsis apostolis: et sub nomine dñi
nostri ihu christi in
lege et prophetis erant inducti.
hos reuocat apostolus ad veritatē et
ad euangelicā fidem scribens eis
a corintho. Incipit prologus
primus epistole ad romanos
cum primis

Paulus seruus ihesu
christi. vocatus apostolus
segregatus i euan
gelium dei. qd' ante promiserat per prophetas su
os in scripturis sanctis de filio suo
qui factus est ei ex semine dauid
secūm carnē: qui predestinatus est fi
lius dei i virtute secūm spiritū sanctī
ex resurrectione mortuorū ihesu christi dñi nri per quem
accepimus gratiam et apostolatū ad
obediendū fidei in omnibus gentibus
pro nomine eius: in quibus estis
et vos vocati ihesu christi: omnibus
qui sunt romae dilectis dei vocatis
sanctis Gratia vobis et pax
a deo patre et dño meo ihesu
christo. Primum quidem gratias ago
deo meo per christū pro omnibus
vobis: quia fides vestra annun
ciatur i vniuerso mundo testis enim
michi est deus cui seruio i spiritu
meo in euangelio filii eius: quod sine intermissione memoriam vestri
facio semper i orationibus meis obsecrans: si quomodo tandem aliquando
prosperum iter habeam i voluntate
dei veniendi ad vos. Desidero enim
videre vos: vt aliquid impertiar vo
bis gratiae spiritalis ad confirmandos
vos id est simul consolari i vobis per
eam quae mutuo est fidem vestram
atque meam. Nolo autem vos ignora
re fratres: quia sepe propositum ve
nire ad vos et prohibitus sum usque
adhuc: ut aliquem fructum habeam
i vobis sicut et i ceteris gentibus
Graecis ac barbaris sapientibus et
insipientibus debitor sum. Itaque
qd' i me promptum est et vobis qui
romae estis euangelizare. Non enim
erubescō euangelium. Virtus enim
dei est in salutem omni credenti: iu
deo primum et greco Iustitia enim di
ei reuelatur ex fide i fidem: sicut
scriptum est: Iustus autem ex fide vi
uit. Reuelatur enim ira dei de celo
super omnem impietatem et iniustitiam
hominum: eorum qui veritatem dei i iniustitia detinent: qia qd' notum est
dei manifestum est i illis: Deus enim
illis reuelauit. Invisibilia enim
ipsius a creatura mundi per ea
que facta sunt intellecta conspicuntur: sempiterna quoque eius virtus
et diuinitas ita ut sint inexcusabiles. Quia cū cognouissent deum
non sicut deum glorificauerunt aut gra
tias egerunt: sed euanuerunt in
cogitationibus suis: et obscuratum
est insipiens cor eorum. Dicentes
enim se esse sapientes: stulti facti sunt
et immutauerunt gloriam incorrup
tibilis dei i similitudinem imaginis
corruptibilis hominis: et volucrum et
quadrupedum et serpentum. Propter
qd' tradidit illos deus i desideria
cordis eorum i immundiciam ut con
tumelijs afficiant corpora sua in
semetipsis. Qui commutauerunt veritatem